



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

12. An judicis datio sit actus jurisdictionis magis, an imperij?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

tatem, & in quo mixtum Imperium consistere docet Barth. in L. imp: n. 15. de jur. om. jud. in hoc quoq; mihi distinguendum videtur. Aut enim specialiter huiusmodi causa commissæ sunt certis Magistratibus, & tunc delegari non possunt, per reg. L. 1. de off. eius in prin. & tex. in L. 2. de offic. eius, & tex. in L. mutuo. §. tutoris datio. ff. de tutel. S. verò non sunt concessæ specialiter, certi Magistratibus. Ego existimo multum probabilius subdelegari posse, quia jure Magistratus competunt; ut habetur in L. in 2. reg. de off. eius. Cum quo stat, tametsi verum sit non competere Magistratibus municipalibus, quia non habent imperium; neq; enim exigitur, ut etiam Magistratus municipalibus competant, quia jure Magistratus competere dicuntur, sed satis est, quod non sint specialiter certi Magistratibus concessa, ut bene Dec. in cit. L. 1. n. 41. de off. eius.

12. De Judicis datione configitur,

trum jurisdictionis magis sit, an Imperii Jurisdictione esse arbitror. ita enim scriptum L. 3. de jurisfd. Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia. consentit Duar. in ead. l.

Se

Sed & alia quædam habent interpres,  
quæ imperio attribuunt, qualia sunt se-  
questratio rei litigiosæ: delatio jurisjurā-  
di in litem. Rectène? Non puto, pertinent  
enim ad officium pedanei, neque ulla in  
his mixti imperii particula. L. 7. §. ult. ff.  
qui satisdare. cog. L. 5. ff. Fam. ercisc.

13. Est & alia jurisdictione voluntaria; a-  
lia contentiosa: illius exemplo suppetunt  
adoptiones, emancipationes, manumis-  
siones, &c. L. 2. & 3. de off. Procon. Huius  
legitima judicia, quæ per tres personas,  
actorem, reum, & Judicem ordinantur.  
L. inter stipul. 83. §. 1. ff. de V. O. Harum spe-  
cierum differentia est: Contentiosa tri-  
bunal exigit & fit cum strepitu. Volunta-  
ria plerumq; de plano expeditur: Sella u-  
bicunque, loco tamen æquo & plano po-  
sita. Excipitur alienatio prædiorum mi-  
noris, manumissio, quam faciebat minor  
annis 20. adrogatio impuberis, quæ tribu-  
nal desiderant. arg. tit. ff. & C. d. reb. min.

14. Subjiciunt se jurisdictioni, qui sci-  
entes alium, qui jurisdictioni præest, pro-  
alio adeunt. L. privatorum 3, C. de jurisd:om.  
jud. Si per errorem aliis pro alio aditus  
fuerit,